qui melius faciendo perlegere videre possunt magnos et subti-
les libros valentes intelligere quos constringit sepissime
in inerrimas angustias incidere ut quanto plus con-
fitentur tanto plus anxiantur se ad confitendum et
comminue cadere et timent sibi imminere periculum eternum
propter mortale peccatum quod audiunt videlicet non confessum
vel minus bene confessum intantum etiam quod quosdam reddet
eos timere et dampnari quam desperare et attediant omnes suos
confessores in sua confessione Pro istorum simplicium
et aliorum igitur informacione et consolacione et pro p-
cavenda tam sibi quam aliis similium temptacione iste
libellus est ex multis libris et doctorum approbatorum scriptis
collectus ut ex eo possint tam confessores quam confitentes
simplices leviter cognoscere quomodo debent se in confessione
regere quod valeat prodesse et pie in tempore suo quod
ipsi et horum collectori velit sedem eternam concedere amen

Explicit speculum confessorum simplicium

De quadruplici consciencia

Notandum quod quadruplex est consciencia scilicet una bona et
una mala una tranquilla et una turbata Prima est
bona et tranquilla et hec est illius qui peccata preterita penitet
et committenda diligenter refugit de quo psalmista Beatus
vir cui non imputavit dominus peccatum Omne enim quod ipse dominus non
imputare decreverit sic est quasi non fuit Secunda est consciencia
bona sed turbata que se lavat non tamen ab inquietudine sed
ab amaritudine et repugnante sensualitate ita quod quamvis vo-
luntas sit tota parata ad omnia una tamen ei videtur dura
lecta parva vita longa vigilia oratio prolixa vilis
vestis cibus agrestis et cum quosdam videant ista et

alia q̃ma, vicinet se iste sub freno timoris dei sui
ne exigat con precepta dni neque transgrediatur terminos
quos statuerunt patres sui. Et audiet iste a xpo cum aplis
Vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis et
ego dispono vobis regnum etc. Et illud ps. Cum ipso
sum in tribulacione. Tercia est consciencia mala et turbata que
non tantum timet pecatum quantum deprehendi in pecato et magis
timet dei offensam quam pecati infamiam de qua ps. In operibus
manuum suarum comprehensus est peccator. Et iterum Imple facies
eorum ignominia et querent nomen tuum dne. Quarta
est consciencia mala et tranquilla ut peccatores sidone peccatrix. Consciencia
nec timet deum offendere nec hominem veretur scandali
zare. Qui cum venit in profundum pecatorum contempnet videlicet
omne documentum. Iacet consilium bonum et ideo sic manet
quieta et tranquilla in pecato et de voluntate sua. Et michi
quo etiamtantum ignoretur vindicta iudicis sicuti cum
securitate peccare et non cessare a pecatis. Talis est consciencia
quorundam qui cum curant et malefaciunt. Ita etiam quod scientiam
et racione gaudere possunt. Ipsi postposito timore dei
credunt quod non faciunt sibi de hoc conscienciam putantes quod deus
discutiendo sequatur eorum opinionem fantasticam et suam
relinquat iusticiam

Nota quomodo debeas extollere insignia tua
ut fenestram bonum asservat

Nota quod quandoque dicitur De fenestra ovis sui braceamque
replebuntur bonis. Super quo idem dicit Aug. Quod
fenestra colliget qui insignia sua extollet fenestram ovis
sunt pecatorum confessio oracio gratiarum actio fratribus curante
correctio ignorancie instructio. Sunt quidem fenestre
qui possunt quidem ovibus appellari quia tantummodo